



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

82. An si Episcopus omittat aliquam cæremoniam appositam in Pontificali  
pro benedictione Chrismatis, dicatur, hoc non obstante, Chrisma  
benedictum? Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. res. 21.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

### 346. Tract. III. De Potestate Episcoporum,

Densis Regol. quarto Episcopum consecrarentem chrisma, & benc-  
supra in dicitur oleum infirmorum in statu peccati, pec-  
tr. 1. Ref. 15. care mortaliter. Hoc est contra Vasquez c. 4. n. 48.  
§. vlt. qui eodem modo loquitur de consecratione Ecclesia, &  
de consecratione chrismati. Ego tamen juxta su-  
predicta magnum discrimen inuenio, nam consecra-  
tio Ecclesia, vel aræ, aut calicis (& idem est de be-  
nedictione corporalium, vestium sacramentum, &c.) non  
sunt actiones vere sacramentales, quibus illo  
modo conficiatur Sacramentum, quales sunt confe-  
cacio chrismati, & benedictio olei, per quam licet  
poni perficiantur sacramenta Confirmationis, vel Ex-  
trema Vnctionis, incipiunt tamen fieri per illas.  
Suppono enim materiam Confirmationis esse chris-  
ma ab Episcopo consecratum, & materiam Extremae  
Vnctionis esse oleum benedictum. Ipsa ergo confe-  
cacio, vel benedictio constituit materiam illam in  
ratione materie, atque adeo sicut forma aquæ con-  
stituit aquam in ratione materie Baptismi, sic confe-  
cacio illa constituit materiam illorum Sacramento-  
rum in ratione materie valide. Sicut ergo confe-  
cacio Eucharistia requirit in omnium sententia statum  
gratiae, quando fit, licet tunc non applicetur Sacra-  
mentum, quia initium tunc Sacerdos ponit mate-  
riam proximam Sacramenti Eucharistie, qua postea,  
quando applicatur, dat gratiam; sic videtur di-  
cendum de consecratione chrismati, per quam Epis-  
copus ponit materiam Sacramenti, qua postea dat  
gratiam. Nam si res attente consideretur, postea non  
datur gratia solum intuitu verborum, vel actionis  
Episcopi, aut Presbyteri vnguentis, sed etiam intuitu  
chrismati, vel olei ut benedicti ab Episcopo, atque  
adeo intuitu benedictionis præterea: ergo illa  
actio Episcopi benedictis partialiter concurret ad  
gratiam, que tunc non datur intuitu olei secundum  
se solum, sed olei ut benedicti, hoc est, olei, & bene-  
dictionis: ergo Episcopus benedicere non minus  
sua actione concurret ad sanctificationem eorum, qui  
vnguentur, quam Episcopus, vel Presbyter vnguentis,  
atque ideo non minus requiritur gracia in illo, quam  
in his, sed et magis, quo illa unica actio benedictionis  
est causa vniuersaliori, extendens se ad sanctifica-  
tionem plurium, cum hac actio vngendentis se ex-  
tendat nisi ad sanctificationem vnius in particulari.  
Huc usque Lugo, & ante illum Henriquez lib. 10.  
cap. 13. num. 5.

2. Sed sententiam negatiuam tenent communiter  
ceteri Scriptores Societas, & ideo non solum il-  
lam docet Vasquez, sed etiam Suarez, quem citat &  
sequitur Granado in 3. part. de Sacram. gen.  
contr. 3. tract. 5. num. 7. vbi sic ait. Merito recen-  
tiores idem sentiunt de Episcopo conscientie chris-  
ma, aut consecrante Ecclesiam in mortali, non enim  
est quod grauerit iste obligetur ad habendam contri-  
ctionem, vel confitendum, vt eas actiones sancte  
exerceat. Ita ille. Hanc sententiam docet Hurtado  
de Sacram. in gen. disp. 4. difficult. 10. Coninch  
de Sacram. quæst. 64. art. 6. dub. 1. n. 57. Mæritius tom.  
3. de Sacram. gen. disp. 8. scilicet 2. in fine Tanne-  
rus tom. 4. disp. 3. quæst. 4. dub. 3. num. 74. & alij,  
quibus ego libenter adhæreo, rationibus quas penes  
ipsos videbis.

### RESOL. LXXXII.

An si Episcopus omittat aliquam ceremoniam apposi-  
tam in Pontificali pro benedictione Chrismati, di-  
catur, hoc non obstante, Chrisma benedictum? Ex  
p. 6. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 21.

§. 1. Suppono quod licet aliqua benedictio in Sup. be-  
confaso requiratur ex Christi institutione tom. 4.  
vt Chrisma sit debita materia Sacramenti Confir-  
mationis & Extremae Vnctionis, nulla tamen in  
particulari sit ab eo determinata; sed modus benedi-  
ctionis Ecclesia sit relictus, vnde is modus sufficit  
pro validitate Sacramenti, quem designat Ecclesia,  
qui pro temporum & regionum varietate potest esse  
alius, atque aliis, & fieri potest ut benedictio uno  
tempore sufficiens non sufficit, alio Pontifice pro-  
hibente, & irritante talen beneficiorum modum.  
Hoc supposito queritur an si aliquid in Rituall possum  
pro benedictione Chrismati Episcopus omis-  
serit, Chrisma desinat esse benedictum? Respondeo  
more meo breuiter, & resolutiore, non propterea  
Chrisma non conferi benedictum quod Episcopus  
forte aliquid in Rituall possum omis-  
serit: quia Ecclesia non ita videtur requirere, vt omnia dicantur  
vel seruuntur que sunt præscripta; vt benedictio redi-  
catur irrita si quid forte omittatur. Non videtur igitur  
probabile Ecclesiam de facto velle omnes ritus  
confectionis Chrismati esse essentiales: quia aliae,  
si quis per aliquam distinctionem, quod in tam multis  
ritibus facile posset accidere, aliquid omittet, in  
validè Chrisma conficeret, & consequenter per illud  
invalidè confirmaret, quod effet valde incommodeum,  
nece Ecclesia potest conferi hoc velle. Itaque cum  
non possit discerni in benedictione Chrismati, que  
verba aut ritus sint essentiales, & que non, cum non  
sit maior ratio de his, quæ non, de illis; obseruo to-  
tius tantum videtur ex-præcepto Ecclesie, atque  
ita validè, etiam si illicet alio ritu confectare, ut  
dummodò fieret sufficiens olei & balsami commixto,  
& Spiritus sancti inuocatio. Et ita haec omnia do-  
cet Ioannes Præpositus in 3. part. D. Thoma, quæst.  
72. art. 3. dub. 1. num. 21. Coninch de Sacram.  
quæst. 72. art. 3. dub. 1. conclus. 4. n. 47. Suarez tom.  
3. disp. 33. scilicet 1. §. Refut. vero. Fillius, tom. 1. tradi.  
3. cap. 12. num. 12. & alij, quibus ego etiam calcu-  
lum meum adiungo.

### RESOL. LXXXIII.

An Episcopus possit erigere Collegiatam cum nouis  
Canonis, vel addere nouum numerum Canonico-  
rum alii antiquis?

Et in tali casu, an possit Episcopus insignire supradictos  
Canonicos signo illo, quod vulgo dicitur Almuca,  
sen Capuccio, vel Zambarda, sine aliqua Sedit  
Apostolica licentia? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Re-  
sol. 38.

§. 1. Negatiuam sententiam mordicus sustinet  
Aloysius Riccius in decisionibus Curie Ar-  
chiep. Neapol. part. 3. dec. 66. docet enim ibi Epis-  
copum non posse creare nouos Canonicos: & citat  
Baldum corsi. 91. n. 10. lib. 1. Bursatum cons. 27. m. 4.  
& conf. 110. n. 6. cum alii.

2. Verum contraria sententiam doceat non illi-  
mè Ioan. Maria Nouarius in questionibus forensibus,  
part. 1. quæst. 24. num. 4. vbi probat posse Epis-  
copum nouum confiditare Canonicorum numerum,  
& Collegium nouisque creare dignitates, & citat  
Zerolam in præs. Epis. verb. Episcopus q. 17. &  
Selvam de benef. part. 2. q. 23. n. 16. & addit Nouari-  
us, quod in tali casu Episcopus potest insignire su-  
pradicatos Canonicos signo illo, quod vulgo dicitur  
Almuca, seu Capuccio, vel Zambarda sine aliqua  
Sedit Apostolica licentia. Ita ille.

RESOL.